

ramos in festo tabernaculorum gestare debebant Hebraei, ut recordarentur se à solitudine in terram fecerunt; et arboribus optimis abundantem translatos esse; gestare, inquam, non tantum primo die festi, ut censat Abul, sed per septem continuos festi dies: hoc est enim quod hic dicitur: *Celebrabitis solennitatem septem diebus*. Et ita intellexit R. Moses, Burgensis, Ribera et alii: idque ut per septem dies significaretur, Hebraeos multis annis commoratos fuisse in deserto, indeque plenum gaudium in terra promissâ eis obvenisse; hoc est enim quod sequitur.

ET LETABIMINI CORAM DOMINO, q. d.: Gestantes ramos hos et fructus, saltabitis in sanctuario coram Domino. Tripudiis enim solebant veteres celebrare sua festa, ut patet 2 Reg. 6, 14; Exodi 32, 19; Exodi 19, 20. Ita Abul, qui et addit: *Dicunt aliqui quod quando Iudaei habebant istos ramos in manu, habebant cum eis colligatos et fructus, et sic saltabant elevantes et deprimentes illos fructus ad omnem differentiam positionis; quo significabant id esse ad laudem Dei: qui erat Dominus omnium positionum mundi. Simile fiebat in thermis, sive oblatione sacerdotum, uti dixi Exodi 29, 24; Levit. 7, 30.*

Mysticè, septimus mensis est tempus gratiae. Primum ejus festum est tubarum, id est, praedicatio Apostolorum. Secundum expiationis, id est, poenitentiae et contemptus illecebrarum voluptatum, cui studere debent omnes verè ad Deum conversi. Tertium tabernaculorum; quia tertius vice christiana gradus est vivere hic uti in tabernaculo per septem dies, id est, totâ vitâ, ut scilicet utamur rebus hujus seculi quantum necesse est, non amplius, et totâ mente per desertum hujus mundi festinemus ad caelestes mansiones, ut dicamus cum Psalte: *Incola ego sum et peregrinus, sicut omnes patres mei: in caulis enim habitavit Abraham, cum Isaac et Jacob cohaereditibus repositionis ejusdem*; vide dicta Hebr. 11, v. 9 et 10. Celebratur 15 die, cum luna decreverit incipit, quia qui bona seculi fluxa et caduca (quorum luna est symbolum) esse cognoscit, hic festinat ad aeterna. Septem ejus diebus continuè offerimus holocausta, quia totos nos nostraque omnia Deo consecramus. Gestamus primò, citrum, qui colore est aureo, id est, ardentem charitatem, quâ toti Dei gloriae, et fratrum utilitati incumbimus. Secundò, spatulas palmarum, quia quasi victores terrena omnia calcamus, dum nostra conversatio in caelis est. Tertio, lignum densarum frondium, puta myrtum, id est, odoriferam virtutum omnium densitatem, et continuum earum exercitum. Quarto, ramos salicis viridens, qui stabili firmitate in nostro virtutum statu et virore perseverare debemus; hi de torrente sumuntur, quia nisi crebrò in lege Dei meditetur, Deique

CAPUT XXIV.

1. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Praecepit filiis Israel ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas jurgiter.
3. Extra velum testimonii in tabernaculo federis. Ponctque eas Aaron à vespere usque ad mane coram

gratiam imploremus, marcescet in nobis ille animi vigor. Vide psal. 1, v. 3. Haec qui fecerit letabitur coram Domino, et hilarem semper in eodem vitam aget. Rursùm S. Hieron. in cap. 14 Zachariae per lignum pulcherrimum accipit sapientiam, per palmas victoriam, per myrtum mortificationem, per salices victoriam. Nam medicè, inquit, et physici tradunt quòd si quis salicis florem mistum aquâ biberit omnis in eo frigescat calor, et libidinis vena sicceat, ut ultra filios generare non possit. Hisce ornati in tabernaculis hujus vite, pariter et armati, tendimus ad domum nostram paratam in caelis. Salices ergo, aequè ut lactuca, agrus castus, etc., humorem venerem minuant, et castitatem fovent ac tumentur. Quartum festum sequens et finiens festum tabernaculorum, puta ejus octava, est festum coctus et collectae, hoc significat octavam resurrectionis, quando ex tabernaculis hisce exeuntes colligemur ad concilium et congregationem sanctorum in caelis, de qua canit Psaltes: *Beati qui habitant in domo tuâ, Domine; in secula seculorum laudabunt te; tunc nullum opus servile faciemus, quia tunc cessabit omne peccatum, omnis etiam labor et dolor, offeremus holocaustum Domino, quia totis viribus, totaque contentione animae, Deum speculabimur et amabimus: ibi enim implebimus illud: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex totâ fortitudine tuâ; et illud: Benedictio, anima mea, Domino, et omnia quae intra me sunt nominis sancto ejus. Ita Radolphus, et ex parte Isychius atque ex iis Ribera lib. 5 de Templo c. 40 et seq.*

Allegor. etiam Rupert. apposuit et eleganter haec accommodat festis natalis Christi Domini. Scit enim pascha et pentecoste Judaeorum, inquit, significabat pascha et pentecosten Christianorum; ita festum tabernaculorum, quod in exitu anni celebrabatur, significabat festum natalis Domini, quod in fine anni celebratur. Tum enim letabundi terrae nostrae virginiae, puta B. Mariae, fructum, scilicet Christum in Bethlehem colligimus, et fructum arboris pulcherrimae, id est, Virginis intemeratae filium, in Eucharistia, ter offerimus et sumimus. Christus enim in stabulo et hospitio natus est, ut hic nobiscum quasi in tabernaculo versaretur, nosque ex eo ad patriam celestem deduceret; adsunt et palmae, hoc enim Christi festum comitatur et sequitur S. Stephani martyrium et victoria; adest et lignum densarum frondium, videlicet S. Joannes densa et altissima mysteria eructans; adsunt et parvuli innocentes, qui quasi salices de torrente fructum operum non habentes, subitò per solam Dei gratiam ad viriditatem salierunt aeternae patriae, et paradisi caelestis.

CAPITRE XXIV.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:
2. Ordonnez aux enfants d'Israël de vous apporter de l'huile d'olive très-pure et très-claire, pour en faire toujours brûler dans les lampes qui seront
3. Hors du voile du témoignage, dans le tabernacle de l'alliance. Aaron les disposera devant le Seigneur pour y être allumées depuis le soir jusqu'au matin, et

Domino, cultu ritique perpetuo in generationibus vestris.

4. Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini.
5. Accipies quoque similam, et coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas:
6. Quorum senos altriascūs super mensam purissimam coram Domino statues:
7. Et ponas super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monumentum oblationis Domini.
8. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israel federe sempiterno.
9. Eruntque Aaron et filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto: quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.
10. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro aegyptio inter filios Israel, jurgatus est in castris cum viro israelita.
11. Cùmque blasphemasset nomen, et maledixisset ei, adductus est ad Moysen (vocabatur autem mater ejus Salumith, filia Dabri, de tribu Dan).
12. Miseruntque eum in carcerem, donec nosset quid juberet Dominus.
13. Qui locutus est ad Moysen,
14. Dicens: Educ blasphemum extra castra, et ponant omnes qui audierint manus suas super caput ejus, et lapidet eum populus universus.
15. Et ad filios Israel loqueris: Homo qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum:
16. Et qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.
17. Qui percusserit et occiderit hominem, morte moriatur.
18. Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro animâ.
19. Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit sic fiet ei:
20. Fracturam pro fracturâ, oculum pro oculo, dentem pro dente resituet: qualem inflixerit maculam, talem sustineat coegetur.
21. Qui percusserit jumentum, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punitur.
22. Aequum iudicium sit inter vos, sive peregrinus, sive civis peccaverit: quis ego sum Dominus Deus vester.
23. Locutusque est Moyses ad filios Israel: et educerunt eum qui blasphemaverat extra castra, ac lapidibus opprimerunt. Feceruntque filii Israel sicut praeceperat Dominus Moysi.

COMMENTARIUM.

VERS. 2.—PRAECEPIT FILIIS ISRAEL UT AFFERANT TIBI OLEUM. Nota. Quatuor erant functiones sacerdotum in tabernaculo: prima et praeantissima, de qua haec dicitur actum est, erat immolatio sacrificiorum; secunda, incensio thymiamatis in altari ad id deputato

cette cérémonie s'observera par un culte perpétuel dans toute votre postérité.

4. Les lampes se mettront toujours sur un chandelier d'or très-pur et très-net, devant le Seigneur.
5. Vous prendrez aussi de la pure farine, et vous en ferez cuire douze pains, qui seront chacun de deux dixièmes de farine.
6. Et vous les exposerez sur la table très-pure, devant le Seigneur, six d'un côté, et six de l'autre:
7. Vous mettez dessus de l'encens très-luisant, qui brûlera en l'honneur du Seigneur, afin que ce pain soit un monument de l'oblation faite au Seigneur par les enfants d'Israël.
8. Ces pains se changeront pour en mettre d'autres devant le Seigneur, à chaque jour du sabbat, après qu'on les aura eus des enfants d'Israël, qui doivent les offrir au Seigneur, par un pacte, qui est comme le témoignage éternel de leur fidélité et de leur perpétuelle reconnaissance.
9. Et ils apparteniront à Aaron et à ses enfants, afin qu'ils les mangent dans le lieu saint, et non ailleurs, parce que c'est une chose très-sainte, et qu'ils leur appartiennent comme leur part des sacrifices du Seigneur par un droit perpétuel.
10. Cependant il arriva que le fils d'une femme israélite, qu'elle avait eu d'un Égyptien, parmi les enfants d'Israël, eut une dispute dans le camp avec un Israélite;
11. Et qu'ayant blasphémé le nom saint, et l'ayant maudit, il fut amené devant Moïse. Sa mère s'appelait Salumith, et elle était fille de Dabri de la tribu de Dan.
12. Cet homme fut mis en prison jusqu'à ce qu'on eût su ce que le Seigneur en ordonnerait.
13. Alors le Seigneur parla à Moïse,
14. Et lui dit: Faites sortir hors du camp ce blasphémateur; que tout ceux qui ont entendu ses blasphèmes lui mettent les mains sur la tête pour rendre témoignage de son crime, et qu'il soit lapidé par tout le peuple.
15. Vous direz aussi aux enfants d'Israël: Celui qui aura maudit son Dieu, portera la peine de son péché:
16. Ce celui qui aura blasphémé le nom du Seigneur, soit puni de mort. Tout le peuple le lapidera, soit qu'il soit citoyen ou étranger. Que celui qui aura blasphémé le nom du Seigneur soit puni de mort.
17. Que celui qui aura frappé et tué un homme soit puni de mort.
18. Celui qui aura tué une bête en rendra une autre en sa place; c'est-à-dire, il rendra une bête pour une bête.
19. Celui qui aura outragé quelqu'un de ses citoyens sera traité comme il aura traité l'autre;
20. Il recevra fracture pour fracture, et perdra l'oeil pour œil, dent pour dent; il sera contraint de souffrir le même mal qu'il aura fait souffrir à l'autre.
21. Celui qui aura tué une bête domestique, en rendra une autre, ou en paiera la valeur selon l'estimation qui en sera faite; mais celui qui aura tué un homme n'en sera pas quitte pour de l'argent; il sera puni de mort.
22. Que la justice se rende également parmi vous, soit que ce soit un étranger ou un citoyen qui ait péché, parce que je suis le Seigneur votre Dieu, et que je punis le mal partout où il se trouve.
23. Moïse ayant déclaré ces choses aux enfants d'Israël, ils firent sortir hors du camp celui qui avait blasphémé, et ils le lapidèrent; et les enfants d'Israël firent ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse.

intra Sanctum, de qua functione dictum est Exodi 30, 7; tertia, propositio panum propositionis; quarta, accensio lucernarum in candelabro: de duabus hisce postremis agit hoc caput. Porrò filii Israel, sive totus conventus debebat sumptis praebere, ad has qua-

tuo functiones necessarios, quia nomine totius populi eas obibat sacerdotes. Ideoque primo, in censu populi quisque solvebat in hunc usum dimidium siclum, Exodi 50, v. 15. Secundò, in festis tribus quotannis offerrebat singuli aliquid ad eundem usum, quantum scilicet ex devotione volebant. Nam preceptum erat Exodi 25, 15: *Non apparebis* (quod ter fiebat in anno) *in conspectu meo vacuus*. Tertio, erat gazophylacium, in quod injiciebat quisque quod volebat pro sumptibus templi, de quo Luca 21, 1. Quarto, sicut sumptu publico debebat populus certas victimas pro peccato adducere, ut patuit c. 4, 14; et c. 16, v. 5, ita similiter debebat afferre oleum ad lucernas, et similia ad panes propositionis coquendos, uti hic præcipitur; non quòd culibet in particulari id præcipiatur, sed quòd toti populo: unde principes et magistratus ex communi arario hæc dependebant. Nam primitiæ, decimæ et alie oblationes cedebant in jus et alimentum sacerdotum: nullam enim ipsi aliam partem, aut hereditatem à Deo inter suos populares acceperant. Accidebat tamen non raro, ut aliqui subinde religiosiores, maxime principes sive Hebræi, sive Gentiles, vel omnino, vel magnà ex parte hos sumptus præstarent, uti fecit Ezechias rex 2 Paral. 51, 5; et Selseus rex Asiæ 2 Machab. 5, 5; et Artaxerxes rex Persarum 1 Esdra: 7, 25.

OLEUM DE OLIVIS PURISSIMUM AC LUCIDUM. Hebr. *oleum purum contusum in lumen* (ut vertunt 70), id est, oleum pili tonsione defluens, liquidum et lucidum, amurcà remanente et fecibus.

AD CONCINENDAS LUCERNAS (id est, ad accendendas lucernas. Ita Septuag., Chald. et Hebr.) JUGITER (id est, singulis noctibus, ut explicatur v. seq., nam ardebant lucernæ à vespere usque ad mane, mane autem extinguiebantur. Vide dicta Exod. 27, 20).

VERS. 3. — EXTRA VELUM TESTIMONII, quod scilicet oppansum est testimonio, id est, arcæ quæ continet testimonium, id est, legem sive tabulas legis, quæ testantur quid à nobis fieri velit Deus. Est metonymia, q. d.: Ardeant hæc lucernæ in Sancto ante Sanctum Sanctorum.

Tropolog. lucernæ sunt Apostoli et doctores, quibus ait Christus: *Vos estis sal terræ, et lux mundi*. Audi S. Paulinum epist. 51 compellentem S. Aug. Ecclesie doctorem: *O lucerna dignè super candelabrum Ecclesie posita, quæ latè Catholicis urbibus de septiformi lino, pastum oleo laticine lumen effundens, densam licet hæreticorum caliginem discutis, et lumen veritatis à confusione tenebrarum splendore clarifici sermonis emittas! Os tuum fistulam aque vive, et venam fontis æterni meriti dixerim: quia fons vive aque salientis in vitam æternam Christus effectus est. Cujus desiderio sitiit in te anima mea, et ubertate tui fluminis inebriari terra mea concepuit.*

VERS. 5. — ACCIPIES COQUE SIMILAM, ET COQUES EXTRA DUODECIM PANES. Nota. Hi sunt panes propositionis, id est, propositi Domino, ad quos similam dabat non populus, ex quâ non laici, sed ipsi Levite, puta Caathite, panes hos conficiebant et coquebant, ut

patet 1 Paral. 9, 52; et c. 25, v. 20. Pari modo Levite præerant aromatibus, ex quibus ipsi sacerdotes, ut patet 1 Paral. 9, 50, conficiebant sacra unguenta, præscripta Exod. 50, 25 et seq. Porrò hi panes fiebant ex similia purissima, cui subigebatur pro aquâ infundebatur olei purissimi quarta pars hin, id est, olei libræ tres, puta uncia 56. Deinde simul cum panibus apponebant quartam partem hin vini (quod, ut mox dicam, postea Deo libabant), id est, vini libras tres, cum 4 uncis. Est enim vinum oleo gravius.

Nota secundò. Panes hi erant duodecim, ut scilicet quæque tribus suum quasi panem Deo offerret: hæc enim panibus duodecim tribus protestabantur se jugiter à Deo alii; et vicissim Deus hæc gratitudine oblationis eorum quasi illectus, ostendebat se eorum meminisse, eorumque memoriam et memoriale semper ante se habere, ut eos alere et curare pergeret. Hinc tertio, hæc panibus imponebantur, ut significarent se omnia Deo debere, sequè omnia Deo accepta referre per panes propositionis, quos cum thure semper ponebant ante Dominum: thus enim significabat panes oblatos esse Domino, tanquam qui Domini sint, illique debeantur. Porrò thus hoc elapsâ hebdomade, cum panes auferrentur, et novi surrogarentur, levitabat Deo cum sacrificiis, uti jussum est Levit. 2, v. ult. Quarto, addunt Septuag., Chald. et Philo, panibus hæc impositum fuisse salem, hæc enim erat quasi mensa Dei: sal autem in omni mensâ apponi solet, ut cibos condiat, et sapidiore faciat, nam Levit. 2, 15, ita præcipitur: *In omni oblatione tuâ offeres sal*. Quintò, singulis sabbatis panes novi, recentisque et calidi ponebantur in mensa, ut patet v. 8, veteres vero tollebantur, eosque comedebant sacerdotes, his enim solis hæc panibus vesci licebat, ut patet Matth. 12, 4. Sextò, erant hi panes azymi, et quisque eorum ponderabat duas decimas, id est, libras tredecim cum dimidiâ, ut mox patebit; erant ergo magni hi panes. Unde septimò, in mensâ ponebantur seni et seni panes *altrinsæci*, id est, alteri contra alteros, ut si sex sibi invicem imponerentur, instar duarum turrium, vel potius, et concinnius, ut bini singuli jungerentur, quorum unus alteri imponebatur; ita ut duo essen ordines panum, ut scilicet primo ordine, infernè in mensâ ponerentur tres panes consequenter, qui singuli haberint alium sibi superpositum: deinde juxta eos poneretur alius similis ordo trium panum, cum tribus aliis eis impositis. Probabile est, panes singulos impositos fuisse magnis acetabulis, sive crateribus infernè, supernè verò tectos fuisse (ne à pulveribus et à muscis fœdarentur) aliis vasis, quæ thuribula vocantur Exodi 25, 29, inquit Vilalpando et Vatablus. Denique utriusque panum ordine utriusque apponebatur primò, una phiala, id est, universim duæ phialæ plene thure; secundò, vasculum sale plenum: tertio, cyathus cum vino utriusque, id est, duo cyathi, qui pariter cooperiti fuisse videntur, tum ob muscas et pulveres, tum ne vini vis evanesceret et accresceret. Octavò, hi panes ex publico offeriebantur, scilicet populus offerrebat similam optimam, eamque pinsebant Levite.

Addit S. Hieron. in Malach. 1: *Panes, inquit, propositionis juxta traditiones Hebræicas, ipsi sacerdotes serere, ipsi demetere, ipsi molere, ipsi coquere debebant*. Verum hæc traditio non convenit cum Scripturâ, nec cum Josepho. Denique cum panibus etiam vinum in hæc mensâ Deo oblatum fuisse, ut integrum in eâ Deo jureque proponeretur convivium, docet ex Josepho, et ex mensâ in arca triumphali Titi Romæ sculptâ, Vilalpando lib. 4 de Templo, c. 37. Unde et verisimile est vinum, ne accresceret, singulis sabbatis cum panibus renovatum fuisse, veteri in honorem Dei libato, id est, effuso coram oraculo et Sancto sanctorum. Vinum enim Palestinum, cum sit potentissimum, faciliè ad 8 dies servari poterat: id enim experimus in vino Hispanico. Vilalpando tamen censet vinum eodem die quo inferebatur libatum fuisse.

Tropologicè, hi panes significant opera misericordie, quibus ad Sanctum sanctorum, id est, ad cælum accedimus, qui semper debent esse in conspectu Domini, quia semper ad ea parati esse debemus. Secundò, debent esse duodecim, id est, copiosi et liberales, ut non una die aut hebdomade, sed qualibet largam eleemosynam demus: duodenarius enim est symbolum universitatis. Tertio, imponitur eis thus lucidissimum: quia hæc charitatis opera fieri debent, non ad vanam gloriam occupandam, sed solius Dei intuitu, utque ei soli sacrificium hoc charitatis offeramus. Quarto, imponitur eis sal, ut significetur cum discretionè hæc opera esse peragenda: ut magis indigent, et utilè ea impendamus. Rursùm, sal mortificationem, quæ jejuniò, aliisque modis fit; thus orationem significat: nam, ut ait Angelus ad Tobiam cap. 12: *Bona est oratio cum jejuniò et eleemosyna*. Quintò, per singula sabbata mutantur: quia in die Dominicâ solent Christiani facere collectas eleemosynarum, ut patet 1 Cor. 16, v. 1. Rursùm, cum novum sabbatum venit, id est, cum novum beneficium accipimus, aut receptum recordamur, novas eleemosynas facere, Deoque per eas gratias agere debemus. Sextò, panes erant azymi, quia eleemosyna jungi debet cum puritate vite; erantque panes magni, quia magna debet esse eleemosyna; nam, ut ait S. Chrysost. *Eleemosyna non deasperat, sed dilat; promissum est enim: Date, et dabitur vobis*. Septimò, seni erant à dextris, et seni à sinistris; quia tam in inimicos quam in amicos benefici esse debemus, ut vincamus in bono malum. Octavò, fiebant et similia optima: quia non vilia, sed meliora Deo et pauperibus sunt danda. Ita Ribera l. 2 de Templo c. 11. Audi illustre misericordie et beneficentiæ apud gentes exemplum, quod refert Valer. Max. l. 4, c. 8: *Erat, inquit, opibus excellens Gillias; sed multò etiam animo, quàm ditissimis locupletior, semperque in erogandâ potius, quàm in contrahendâ pecuniâ occupatus: adeò ut domus ejus quædam munificentia officina crederetur. Alimenta inopiâ laborantibus, dotes virginibus paupertate pressis, subsidia detrimendorum incursum quassatis erogabantur. Hospites quoque benignissimè excepti, variis muneribus ornati dimittebantur. Quodam tempore quingentos simul Galensium equites, vi tempestatis in*

possessiones suas compulsos alui ac vestivi. Quid multa? non mortalem aliquem, sed propinqua fortunæ benignum diceret esse signum, quod Gillias possidebat, omnium quasi commune patrimonium erat.

Quid jam faciat Christianus, quid Ecclesiasticus? sanè domus ejus eleemosynæ officina sit oportet, nisi ab ethnico Gilliâ vinci velit. Habeat mensam pauperibus semper paratam; panes egenis semper propositos aut proponendos; ita cum S. Joanne Eleemosynario a Deo benedicetur, et quò plus dabit, eò plus recipiet. Scriptum enim et promissum est ab ipsâ Veritate: *Date et dabitur vobis*. Audiâ S. Chrys. hom. 55 et 68 ad popul.: *Quòd plura, inquit, dederit Deo, eò plus te diligit; quibus majora debet, plus tribuit et gratiæ, cum aliquem videi cui nihil debet, cum fugit et avertatur; cum vero intuear omnia cui atiquid debet, continuo ad eum accurrat. Eum ergo tibi faciendâ sunt, ut Deum habeas debitorem. Dices: Quomodo id efficiam? Respondet Chrysost.: *Nunc hujusce rei tempus est: nunc enim esurit, nunc sitit, nunc nudus est in pauperibus, cum vero hæc vita elapsa fuerit, tui non indigebit; et nunc indignere vult pro te, Cibari à te hant, ut te cibet; indui, ut te induat. Pecuniam ergo contemne, ne contemnaris; ut dives sis, tua largiri da; ut colligas, disperse; incitare seminantem. Semina in benedictionibus, ut de benedictionibus et metas. Quòd si dicas: Proles mihi sunt dandæ; occurrit Chrysost.: *Si filius, inquit, omnia dimittas, periculosa custodia tua cuncta commendasti. Si vero Deum eis relinquis hæredem et tutorem, innumeros reliquisti thesaurum. Si vis filios divites in tuto retinere, Deum ipsi relinque debitorem, et hoc eis chirographum trade. Bene contempsit quod promissis rependit. Deo ergo foverare.***

Alleg. panes hi significant Eucharistiam, in quâ sub specie panis corpus Christi proponitur. Ita S. Hieron. in 1 Malach. Cyrill. catech. 4 mystagog., Damasc. l. 4, c. 14, Isych. et Rupert. Hic panis est durum decimarum, id est, durum naturarum: Christus enim et Deus est et homo, sumpite 12 panes; quia primi eorum hanc eucharisticam cœnaverunt duodecim Apostoli, imponitur eis thus, id est, gratiarum actio et oblatio, quæ principatum tenet in Dominicâ cenâ, inquit Isychius; non licet eos comedere nisi in loco sancto, id est, in purâ et sanctâ animâ ac conscientia.

QUI SINGULI HABEBENT DEAS DECIMAS. Decima erat decima pars ephi, sive trium modiorum. Ephî enim erat decima pars cori, id est, 50 modiorum. Josephus l. 5, c. 3, decimam vocat assaronem, dicitque cum continuasse 7 cotylas. Cotyla autem, inquit Ribera, 9 unciarum erat mensura; ergo decima habuit 65 uncias, id est, 5 libras et 5 uncias; dux verò decimæ, et singuli panes inde confecti erant decem librarum cum dimidiâ. Verùm in fine Pentateuchi ostendat gomor, sive assaronem fuisse mensuram continentem 8 libras, sive 96 uncias aque, aut vini, aut frumenti palæstini. Hæc enim omnia æquè ponderant, teste Vilalpando. Porrò vas continens 8 libra: frumenti palæstini, tantum continebat libras farinæ eisdem cum 4 uncis. Frumenti enim Palestinum modicè, longè est melius

deusius et ponderosius. Cum ergo tritici nostri vas aliquod, v. g. gomor, det farinae (farina enim molesto fit rarior, itaque levior frumento) gomor et insuper tertiam partem gomor, ut nostri molitores, qui id studiosè observarunt, testantur, tritici Palestinae gomor unum dabit farinae gomor dimidio. Quare cum gomor cum dimidio farinae, aequiponderet suo gomor tritici, ex quo molitum est, hinc sequitur quod gomor tritici ponderans 8 libras, dederit sesquigomor farinae, ita ut gomor farinae ponderarit 5 libras cum 4 uncis: sic enim sesquigomor farinae ponderabat 8 libras sui tritici, ex quo molitum est. Gomor ergo, sive assaron tritici Palestinae, continebat 5 libras farinae cum 4 uncis: duo gomor, et panis inde confectus continebat 10 libras cum 8 uncis. His adde pondus aquae, quae miscetur farinae; ut fiat panis; quod pondus facile est quarta pars ponderis farinae, nam 5 unciae farinae, faciliè, ob aquam immistam, dant 4 uncias panis, ut nostri pistores testantur: quare 10 libras cum 8 uncis duorum assaronum farinae dabant ob aquam immistam panis libras 15 cum dimidià. Singuli ergo hi panes erant 15 librarum cum dimidià. Magni ergo erant hi panes, et totam penè mensam, utpote parvam, occupabant: nimirum, magno Deo, et magna danti, magna reddenda sunt, praesertim à totâ aliqua tribu et populo. Denique censet Vilalpando singulos hosce panes habuisse duo gomor farinae, in memoriam ejus, quod Deus fecit sextâ, pro eâ (et pro sabbato sequente quo quiescentiam erat) deplebat duo gomor manna, Exodi 16, v. 22. Addit ipse et alii, duas decimas simile, continuisse 12 libras, et additâ aquâ in pane 16 libras. Verùm sic nimis magni et immanes fuissent hi panes, quod ut evitent alii, ut Robertus Cenalis et Alcazar, qui exactè de praeis Hebraeorum mensuris scripserunt, hic et alibi decimam accipiunt, non ephi, sed gomor, ejus decima pars erant unciae penè 10, quae duae decimae, confecissent panem 49 circiter unciarum, id est, unius librae, ac 7 unciarum. Verùm huic sententiae obstat, quod S. Scriptura et Josephus asserant et expriment hanc decimam esse assaronem, esseque decimam non gomor, sed ephi, Exodi 16, v. ult. Adde, sic satis exigui fuissent hi panes. Manceat ergo quod dictum est, panes hos fuisse 15 librarum cum dimidiâ.

VERS. 6. — SUPER MENSAM PURISSIMAM, super mensam auream.

VERS. 7. — UT SIT PANIS IN MONUMENTUM OBLATIONIS DOMINI, q. d.: Ut panis iste sit jugè memoriale oblationis jugis, quam hoc pane Hebraei Domino faciunt, unde ex Hebraeo ita veritas: *Panis super eos thus, et thus sit panis in memoriale ignitionis*, id est, *ignita oblationis Domini*, q. d.: Impones panibus thus, ut thus significet panem Deo oblatum, et jugem hanc ponam oblationem Domino fieri: thus enim soli Deo per ignem adoletur. Aliter vertunt et explicant Vatabl. et Cajet., sic videlicet, *ut thus sabbato vice panis fiat ignitio*, id est, in igne adoleatur Domino, nam memoriale cap. 2, et alibi vocatur illa pars minchae, quae Domino adolebatur loco totius minchae.

VERS. 8. — PER SINGULA SABBATA, MUTABUNTUR DE

sollicit nimis desiccantur, aut corrumpantur, fiantque inepti ad Esum. Ita Abul.

SUSCEPTA FILII ISRAEL, q. d.: Quorum materia, id est, farina, data sit à filiis Israel, sed pista à Levitis.

FEDERE SEMPERITERNUM. Quia hi panes sunt symbolum perpetuum foederis inhi inter me et populum, illiusque memoriam continuo ingerunt. Simile dixi de sale foederis c. 2, 15.

Hinc censet Abulens., etiam tempore schismatis sub Jeroboam, semper panes hosce fuisse Domino oblatos, eosque num. 12, ut praescriptum est v. 6, tum quia multi ex 12 tribubus in hoc schismate adhaeserunt duabus tribubus, Deo et templo: tum quia hic dicitur hosce panum ritus servandos esse federe sempiterno, id est, quamdiù duratura erat lex vetus et judaismus. Simili modo 49 lapides in rationali manserunt tempore schismatis, imò post eversionem decem tribuum: nam Josephus testatur se eos vidisse in rationali.

VERS. 9. — ERUNTQUE AARON ET FILIORUM EJUS, UT COMEDANT EOS IN LOCO SANCTO, in atrio tabernaculi. Non est verisimile, crescente numero sacerdotum, 12 hosce panes fuisse dispersitos per omnes omnino sacerdotes: sic enim quisque ex eis non habuisset frustulum, sed cum sacerdotibus distributi essent in 24 classes, ut patet 1 Paral. 24, quarum quaeque suam septimanam ministerii per vires obibat in tabernaculo; verisimile est, quamque classem panes suae septimane inter se distribuissent. Ita Abul. Ex hoc loco colligitur solis masculis filiis sacerdotum edere licuisse hos panes; atque hoc est quod ait Christus Math. 12, 5: *Quos (panes propositionis) non licebat edere, nisi solis sacerdotibus*. Hoc etiam indicant hic sequentia: *Quia sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini*, q. d.: Panes hi comedentur tantum à sacerdotibus, eorumque filiis, quia sanctissimi habentur, et sunt inter oblationes Domini; offeruntur enim in ipso Sancto, cum ipse victimae offerantur extra Sanctum in atrio; quae autem valde sancta erant, haec à solis masculis stirpis sacerdotalis comederi poterant, ut colligitur Num. 18, 10.

Nota. Panum horum oblatio non erat sacrificium propriè dictum: nulla enim in his fiebat immutatio. Vocantur ergo hic sacrificium, id est, oblatio, per catachresin. Noster tamen Gabriel Vasquez p. 3, disp. 220, n. 28, censet, hosce panes fuisse sacrificia; quia, inquit, coquebantur à sacerdotibus in cibano, idque in loco sancto, puta in atrio, quasi haec coctura fuerit eorum immutatio et sacrificio. Verùm hoc et incertum est, uti jam dixi, et insufficienti, nam in cibano farina immutabatur, non panis. Adde, haec coctura et immutatio fiebat in cibano, non in altari; altare autem est proprius locus sacrificii: unde et mincha, sive panis coctus in sartagine, craticula aut cibano non erat sacrificium, nisi cum in altari pars ejus adolebatur Deo, ut patet Levit. 2.

VERS. 10. — ECCE AUTEM EGRESSUS, etc., JURGATUS EST, q. d.: Ecce autem cepit jurgari Aegyptius: sic enim egredi subinde capitur, pro aggredi et incipere quippiam, ut Exodi 2, v. 4; Deut. 15, v. 15. Intertextur haec historia hic, quia contingit sub idem tempus, quo

date sunt praecedentes leges. Causa jurgii non exprimitur. Judei dicunt eum jurgatum esse, eo quod esset ebrius. Verùm hoc refutat Abul., nam Hebraei in aqua carebant vino et sicca, atque solum manna et aqua vivebant, neque excedebant in cibo et potu, sed aquam multum quotidie comedeant, videlicet unum gomor. Alii suspicant eum voluisse figere tabernaculum cum Danitis, eo quod esset ex matre Daniti, licet patrem haberet Aegyptium, indeque ortum esse jurgium: verum et hi divinant.

VERS. 11. — CUM BLASPHEMASSET NOMEN DOMINI, ET MALEDIXISSET, Judei vertunt, *protulit illud nomen* (Dei scilicet tetragrammatum, quod antonomastice vocatur *hasschem*, id est, nomen) *et maledixit*. Unde putant ipsi eum duo peccata admisisse: primum, quod pronuntiaverit nomen Dei tetragrammatum, quod Judaici est ineffabile; secundum, quod maledixerit. Verum errant, unum enim tantum fuit ejus peccatum, scilicet blasphemia seu maledictum in Deum, unde Hebraea ita vertenda sunt *perforavit*, id est, *blasphemavit illud nomen* (sanctum et augustum Dei) *et maledixit*. *Nakab* enim, sive *labab* significat *cavare, perforare*, et inde per metaphoram evacuarè honorem, id est, maleficere et blasphemare. Fabulantur Rabini blasphemum hunc fuisse filium filii Aegyptii, quem occidit Moses. Exodi 2, v. 12, quodque ipse Deum primò blasphemavit, deinde Mosi maledixit, volens ulcisci mortem patris sui: Deus verò curam habens suorum, magis voluit ulcisci injuriam Mosi, quam propriam, ideò dixit Edne maledictum, et non Educ blasphemum; ita isti labularum figuli.

Alleg. blasphemum hic significat Antichristum, ait Radul., erat enim de tribu Dan, ex qua pariter nascetur Antichristus; unde omnes Danite Antichristo, quasi cognato suo, adhaerebunt, et vix ullus ex iis Christo creditorum est, ideòque Apoc. 7, ubi è singulis tribus electi signantur et enumerantur, sola tribus Dan omittitur, uti exponunt ibidem Aretas, Beda, Hymo, Auserm., Rupert. et Irenaeus lib. 5, 50. Mater blasphemii vocatur *Salanith*, id est, *retributio*, *Mater Dabri*, id est, *loquax*, quia damnatio cui Antichristus destinatus est, blasphemias ejus retribuetur: lapidabit eum omnis populus, quia omnes electi in die dejectionis ejus, eum condemnabunt, et sententiâ suâ in abyssum praecipitabunt.

VERS. 14. — PONANT OMNES QUI AUDEBUNT (blasphemum ejus) MANUS SEAS SUPER CAPUT EJUS, ET LAPIDET EUM POPULUS UNIVERsus. Moris erat apud Judeos ut vestes super caput rei manus imponerent, quasi significantes hoc caput esse impium contra quod ferant testimonium, ideòque mortis esse reum. Addit Lyranus eos dicere solitos: *Multitia tua te adducit ad mortem, non nos*: quasi dicerent: *Tuo capiti mortem tuam imputa, non nobis*. Unde super caput alicujus manus imponere, est contra eum ferre testimonium, ut patet Dan. 15, 34. Aliam causam dat Oleaster, videlicet imposuisse veteres manus super caput rei, tanquam super hostium piacularem: huic enim manus imponebantur, ut patet ex dictis c. 4, 4, et 24; et c. 16, v. 24. Blasphemia enim, idololatria, et similia

gravia crimina, nisi vindicentur, videntur tunc enormitate assistente et vicinis, adeoque totam regionem polluerè, et reddere obnoxiam divinae vindictae: quam ut avertant, Deo nocentem et reum dedunt, namque ei imponunt, quasi hoc ritu reipsa precentur, ut Deus in eum omnino peccati ponatur devotus, nec in regionem aut populum crimen admittum vindicet. Simili modo idololatrie manus imponi jussit Deus Deut. 17, v. 7. Vide et Deut. 21, v. 6, 7, 8, 9. Merito autem, inquit Theod., q. 55, blasphemiae aptavit legem et ponam homicidii, ejusque reum lapidari jussit, quia blasphemator creatorem cum interficere non possit, lingua ferit. Unde S. Aug. in illud Math. 26, 63, blasphemavit: *Non minus, ait, peccant qui blasphemant Christum repugnant in cordis, quam qui crucifixerunt ambulantes in terris*: ut non mirum sit leges omnes civiles, canonicas et divinas tam severe in blasphemios animadvertere.

Nota est etiam poena blasphemii Sennacherib, qui ob blasphemiam cum 185 millibus cecis est: sic et Paulus blasphemum tradidit Satanae 1 Tim. 4, v. ult.

Disce hic, quantum crimen sit blasphemia, quamque acriter illud puniat Deus, etiam in hac vita. Nam de futurâ stat sententia Christi: *Omne peccatum et blasphemia remittitur hominibus: spiritus autem blasphemiae non remittitur*. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo, neque in futuro. Ita blasphemus Pharaon, dicens: *Non novi Dominum*, mersus est in mari Rubro. Ita Syri dicentes: *Deus monium est Dominus eorum*, et non est Deus vultium; multi à panis Israelitis in valle prelio cæsi sunt, 3 Reg. 20. Ita blasphemus Antichristus deiecitur in tartara, Apoc. 15, 6; et c. 19, 20.

Narrat Greg. Turon. lib. 2 Hist. c. 7, et Sidonius lib. 8 epist. penult. quòd, cum Aureliam obsiderent Gothi, Anianus, urbis episcopus, cum clerò Litanias per muros decantabat: audiens id sacerdos apud Gothos captivus exclamavit: *Cussis spe duceres, Aniane, si verbis adversarios abigi posse credis, eadem peccationes aliis uribus non profuerunt*. Audierunt sancti, et illicè blasphemum vitâ spoliaverunt. Julianus Apostata in bello Persico, divinitus lanceâ inter costas percussus, sanguinem suum manu in caelum jaculatus: *Ecce, inquit, iram tuam, Galliae* (ita Christum vocabat). *Vicisti, vicisti*. Ita Sozom., Rufinus, Eutropius, Arius in Filium Dei blasphemans, alvum purgaturus, viscera effudit, et expiravit. Nestorius lingua à verbibus crosa est, eo quod dixisset B. Virginem esse Christiparam, non Deiparam. Olympius episcop. Arius, Carthagine in Elyanensium balneo lavans, cum Trinitatem publicè blasphemaret, tribus cæcis jaculis, tanquam fulminibus consumptus est, anno Christi 510.

Testis est Paulus Diaconus lib. 15 in Anastasio. Frederic. II imp. dicebat: *Tres fuisse insignes impostores, qui humanum genus seduxerunt*, Moses, Christus, Mahomet; unde ab Innocentio IV in concilio Lugdun. damnatus, imperioque spoliatus est. Refert hanc ejus

blasphemiam Lipsius 1. Monit. politic. 4. Ista vetera, hæc nostri sunt ævi et soli. Hæretici Hallas (oppidum id est prope Bruxellas, ubi statua B. Virginis miraculosa celebre) capere cogitabant. Ex illis unus accedens ad urbem: *Ego, ait, meis manibus Hallensi miraculo* (ita vocabat statuam B. Virginis) *nasum ascindam*. Audit Virgo et procurat ut eidem plumbæ grande ex urbe missa nasus auferatur. Vixit ille miser, nomine Joan. Zwickius, fuitque ipsismet Hollandis assiduo ludibrio multos annos, et fortè etiãnum vivit: res est notissima. Decem sunt anni ex quo Hollandi B. Virginis Sichenensis scellum expillarunt: ab illo tempore Ostendam perdidierunt, omniaque illis infelicitè (cùm priùs felicitè) cesserunt. Fuit inter eos eques habens equum cæcipientem, qui veniens ad scellum irridens dixit: *Si Maria hic miracula facit, illuminet meum equum*. Aodit Virgo blasphemiam, moxque equo visum resitit, ipsum verò equitem blasphemum excecavit. Id ante mortem, et in morte confessus fuit socius ejus, qui ob aliud crimen Weertii extremo supplicio affectus est, uti ipsemet Weertensis prætor, qui supplicio et questioni præfuit, scripsit ad me, qui tum ad B. Virginem Sichenensem in missione degelam, et mirâ Virginis ope manus Hollandorum effugit.

CAPUT XXV.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, in monte Sinai, dicens:
2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbates Sabbatum Domino.
3. Sex annis feres agrum tuum, et sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus ejus:
4. Septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis Domini; agrum non seres, et vineam non putabis.
5. Quæ spontè gignet humus, non metes: et uvas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam; annus enim requietionis terræ est;
6. Sed erunt vobis in cibum, tibi et servo tuo, ancillæ et mercenario tuo, et advenæ, qui peregrinantur apud te:
7. Jumentis tuis et pecoribus, omnia quæ nascuntur, præbeant cibum.
8. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta novem:
9. Et clanges buccinâ mense septimo, decimâ die mensis, propitiationis tempore in universâ terrâ vestrà
10. Sanctificabisque annum quinquagesimum, et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim jubileus. Revertetur homo ad possessionem suam, et unusquisque rediet ad familiam pristinam:
11. Quia jubileus est et quinquagesimus annus.

VERS. 15. — PECCATUM, PENAM PECCATI.

VERS. 16. — QUI BLASPHEMAVIT MORTE MORIATUR, etc., SIVE CIVIS ILLE, SIVE PÆREGRINUS FUERIT, etiã genitilis et circumcisus. Hic enim ex more et jure gentium, sortietur forum judaicum ratione delicti ibi commissi, sicut blasphemus hic, licet Ægyptius, à Mose tamen et Judæis supplicio affectus est.

VERS. 18. — REDDET VICARIUM, ID EST, ANIMAM PRO ANIMA, puta animal vivum vice animalis à se occisi.

VERS. 19. — QUI IRROGAVERIT MACULAM, id est, cicatricem, aut mutilationem, ut sequitur.

VERS. 20. — FRACTURAM PRO FRACTURA. Ut si frangerit alteri pedem vel manum, eidem frangatur pes vel manus.

VERS. 21. — QUI PERCUSSEBIT (occiderit) HOMINEM, PUNIETUR. Hebr. morietur, puta occidetur: repetit enim hic generatim legem talionis v. 17. propositam, quam hinc usque variis exemplis illustravit. Probabile est, inquit Abul., quod nonnulli DD. asserunt, scilicet penam talionis debuisse irrogari à judice, si læsus illam peteret; quòd si non peteret eam, sed mallet pecuniam, tunc judex non tenebatur, imò non poterat infligere penam talionis.

CHAPITRE XXV.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse sur la montagne de Sinai, et il lui dit:
2. Parlez aux enfants d'Israel, et dites-leur: Quand vous serez entrés dans la terre que je vous donnerai, observez le sabbat des années aussi bien que celui des jours, en l'honneur du Seigneur.
3. Vous sèmeriez donc votre champ six ans de suite, et vous taillerez aussi votre vigne, et en recueillerez les fruits durant six ans:
4. Mais la septième année ce sera le sabbat et le repos de la terre, consacré à l'honneur du repos du Seigneur; vous ne sèmeriez point votre champ cette année-là, et vous ne taillerez point votre vigne.
5. Vous ne moissonnez point ce que la terre aura produit d'elle-même, vous ne recueillerez point les raisins de la vigne dont vous avez accoutumé d'offrir les prémices; vous ne les recueillerez point, comme pour faire vendange; car c'est l'année du repos de la terre, où vous ne mettez rien en réserve pour vous.
6. Mais tout ce qui naîtra alors de soi-même, servira indifféremment à vous nourrir, vous, votre esclave et votre servante; le mercenaire qui travaille pour vous, et l'étranger qui demeure parmi vous:
7. Et il servira encore à nourrir vos bêtes de service et vos troupeaux, et même les bêtes sauvages. Les fruits de la terre seront communs cette septième année.
8. Vous compterez aussi sept semaines d'années, c'est-à-dire, sept fois sept, qui font en tout quarante-neuf ans:
9. Et au dixième jour du septième mois, qui est le temps de la fête des expiations, vous ferez sonner du cor dans toute votre terre.
10. Vous sanctifierez la cinquantième année, et vous publierez la liberté générale à tous les habitants du pays, parce que c'est l'année du jubilé. Tout homme rentrera dans le bien qu'il possédait auparavant, et qu'il avait aliéné, et chacun retournera à sa première famille et à sa première condition:
11. Parce que c'est l'année du jubilé, l'année cinquantième. Vous ne sèmeriez point et vous ne moissonnez point ce que la terre aura produit d'elle-même, et vous ne recueillerez point les prémices de vos vignes;

Non seretis, neque metetis spontè in agro nascentia, et primitias vindemiam non colligetis,

12. Ob sanctificationem jubilei, sed statim oblata comedetis.

13. Anno jubilei rediet omnes ad possessiones suas.

14. Quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, non contristes fratrem tuum; sed juxta numerum annorum jubilei emes ab eo,

15. Et juxta supputationem frugum vendet tibi.

16. Quanto plures anni remanserint post jubileum, tantò crescet et pretium: et tantò minus temporis numeraveris, tantò minoris et emptio constabit; tempus enim frugum vendet tibi.

17. Nolite affligere contribules vestros; sed timeat unusquisque Deum suum; quia ego Dominus Deus vester.

18. Facite præcepta mea, et judicia custodite, et implete ea, ut habitare possitis in terrâ absque ullo pavore.

19. Et gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini usque ad saturitatem, nullius impetum formidantes.

20. Quòd si dixeritis: Quid comedemus anno septimo, si non severimus; neque collegerimus fruges nostros?

21. Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, et faciet fructus trium annorum:

22. Seretisque anno octavo, et comedetis veteres fruges usque ad novum annum, donec nova nascantur, edetis vetera.

23. Terra quoque non vendetur in perpetuum; quia mea est, et vos advenæ et coloni mei estis.

24. Unde cuncta regio possessionis vestre sub redemptionis conditione vendetur.

25. Si attenuatus frater tuus venderit possessionem suam, et voluerit propinquus ejus, potest redimere quòd ille vendiderat.

26. Sin autem non habuerit proximum, et ipse pretium ad redimendum potuerit invenire,

27. Computabuntur fructus ex eo tempore quò vendidit; et quòd reliquum est, reddet emptori, sique recipiet possessionem suam.

28. Quòd si non invenerit manus ejus, ut reddat pretium, habebit emptor quòd emerat, usque ad annum jubileum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, et ad possessorem pristinum.

29. Qui vendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleatur annus.

30. Si non redemerit, et anni circulus fuerit evolutus, emptor possidebit eam, et posterì ejus in perpetuum, et redimi non poterit, etiã in jubileo.

31. Sin autem in villâ fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum virgè vendetur; si autè redempta non fuerit, in jubileo revertetur ad dominum.

32. Ades Levitarum, quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi.

33. Si redemptæ non fuerint, in jubileo revertentur.

vous en abandonnez tous les fruits à ceux qui en auront besoin.

12. Afin de sanctifier le jubilé; mais vous mangerez les premières choses que vous trouverez dans les champs, sans en faire d'amas ni de provision.

13. En l'année du jubilé, tous rentreront dans les biens qu'ils avaient possédés.

14. Quand vous vendrez quelque chose à un de vos citoyens, ou que vous achèterez de lui quelque chose, n'attristez point votre frère, en lui vendant trop cher, ou en achetant à trop bon marché; mais achetez de lui à proportion des années qui se seront écoulées depuis le jubilé.

15. Et il vous vendra à proportion de ce qui reste de temps pour en recueillir le revenu.

16. Plus il restera d'un jubilé jusqu'à l'autre, plus le prix de la chose augmentera; et moins il restera de temps jusqu'au jubilé, moins s'achètera ce qu'on achète; car celui qui vend, vous vend selon le temps qui vous reste à jouir des fruits jusqu'à l'année du jubilé.

17. Ne trompez point et n'affligez point ceux qui vous sont unis par une même tribu; mais que chacun craigne son Dieu, parce que je suis le Seigneur votre Dieu.

18. Exécutez mes préceptes, gardez mes ordonnances, et accomplissez-les, afin que vous puissiez habiter sur la terre sans aucune crainte.

19. Et que la terre vous produise ses fruits dont vous puissiez manger et vous rassasier, sans appréhender la violence de qui que ce soit.

20. Que si vous dites: Que mangerons-nous la septième année si nous n'avons point semé, et si nous n'avons point recueilli de fruits de nos terres?

21. Je répandrai ma bénédiction sur vous en la sixième année, et elle portera autant de fruits que trois autres, pour vous fournir de quoi vivre cette année, et l'année suivante, et encore celle d'après.

22. Car vous sèmeriez la huitième année, et vous mangerez vos anciens fruits jusqu'à la neuvième année; vous vivrez des vieux jusqu'à ce qu'il en soit venu de nouveaux.

23. La terre aussi ne se vendra point à perpétuité, parce qu'elle est à moi, et que vous êtes comme des étrangers à qui je la lone.

24. C'est pourquoi tout le fonds que vous possédez se vendra toujours sous condition de rachat.

25. Si votre frère, étant devenu pauvre, vend le petit héritage qu'il possédait, le plus proche parent pourra, s'il le veut, racheter ce que celui-là a vendu.

26. Que s'il n'a point de proches parents, et qu'il puisse trouver de quoi racheter son bien,

27. On comptera les années et la valeur des fruits perçus depuis le temps de la vente qu'il a faite; ain qu'en rendant le surplus à l'acheteur, il rentre ainsi dans son bien.

28. Que s'il ne peut point trouver de quoi rendre le prix de son bien, celui qui l'aura acheté en demeurera en possession jusqu'à l'année du jubilé; car cette année-là tout bien vendu retournera au propriétaire qui l'avait possédé d'abord.

29. Celui qui aura vendu une maison dans l'enceinte des murs d'une ville aura le pouvoir de la racheter pendant un an.

30. Que s'il ne la rachète point en ce temps-là, et qu'il ait laissé passer l'année, celui qui l'a achetée la possèdera, lui et ses enfants, pour toujours, sans qu'elle puisse être rachetée, même au jubilé.

31. Que si cette maison est dans un village qui n'a point de murailles, elle sera vendue selon la coutume des terres, et si elle n'a point été rachetée auparavant, elle retournera au propriétaire en l'année du jubilé.

32. Les maisons des lévites qui sont dans les villes peuvent toujours se racheter.

33. Si elles n'ont point été rachetées, elles retourneront au propriétaire l'année du jubilé, parce que les